

... **S** ... **D**ominum. et omnium sanctorum. quorum solap  
 ... hodie in conspectu tue maiestatis. re  
 ... bratur. **D**ne deus noster toto in dabe terrarum  
 ... omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus  
 ... contendas. ut in omnibus protectionis tue mun  
 ... damur auxilio **I**n eundem **X**p'm **D**nm **N**rm.  
 ... Aut igitur oblationem servitutis nostre  
 ... cuncte familie tue. **Q**uesumus **D**ne. ut pla  
 ... accipias. dies **q**ue nostram in tua pace di  
 ... as. atq; ab eterna damnatione nos wipe  
 ... lectorum tuorum iubeas grege numerari **P**  
 ... **D**nm **N**rm **Q**ua oblatione tu deus **I**  
 ... **q**s. **b**enedicta **X** **a**ssumpta **X**  
 ... **r**ationabile. acceptabile **q**ue face  
 ... **eris**. ut nobis. corpus **X** et sanguis **X**  
 ... dilectissimi filij tui **D**ni nostri **I**hu **X**p'isti

MS 612

Sammelbd

Augen. 1. Teil



Catalogus

PRÆLECTIONVM  
PUBLICARVM IN A-  
CADEMIA MARCHICA  
QVÆ EST FRANCO-  
FVRTI AD ODE-  
RAM.

*Publicè propositus Anno  
instauratæ salutis  
clō 15 c.*



*Excudebat Fridericus Hartman. Biblio-  
pola & Bibliopegus in Academia Septem-  
virali Francofurtana ad Viadrum.*



22

LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
SACSEN-ANHALT  
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
SACHSEN-ANHALT  
MAGDEBURG



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
SACHSEN-ANHALT  
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
SACHSEN-ANHALT  
MAGDEBURG





PRORECTOR ET PROFES-  
sores Academiae Francofurtanae  
Lectori benevolo.

S. P.



Dimus in lucem de  
integro catalogum, Lector  
amice, operarum nostrarum  
& praelectionum indicem: cu-  
ius editionis ratione pluribus  
exponeremus, si cum ijs rem  
nobis fore putaremus, qui non aliter ex nimis ferui-  
da iudicandi cupiditate intelligentiam in lingua ha-  
bere videntur; ac voraces nonnulli ex nimis avido  
ciborum desiderio ventriculum in ore. Quoniam  
verò eorum iudicio potissimum stare cupimus, qui  
non ex quibuscunque imperitorum pendent iudi-  
cijs; sed pro more Academico suspendere sententiã  
in rebus nõ planè cognitjs malunt, quàm perperam  
aliquid pronunciare: longiori oratione supersede-  
mus; certa spe ducti, ab ostentationis crimine nos

A 2

libe-

liberatum iri apud eos, qui publicam hanc designa-  
tionem officij nostri munus esse perpenderit. Nam  
cum Illustrissimi Academiae nostrae fundatores hoc  
erudiendae juventutis *φροντιστηριον* ad certam quandam  
eamque salubrem docendi normam obstrinxerint;  
id operam dare volumus, ut & Magistratus augustis-  
simus nos decretis obsequentes intelligeret, & Sa-  
pientiae studiosi viderent, nos antiquitatis insistere  
vestigijs, & cum pietate aliisque facultatibus praec-  
laris elegantem ac liberalem institutionem conjunge-  
re. Etenim sunt hoc in loco diuinorum mysterio-  
rum interpretes & caelestium rerum praecones, qui  
sacrosanctam Religionem (quae merito Sapientiae  
ducit familiam) debita fide nitantur provehere;  
sunt venerandarum Legum antistites, qui accurat-  
tissime informant viros politicos posthac in thea-  
trum actionum forensium deducendos: qui ne di-  
scientium commodis desint vnicè laborant; sunt de-  
niq; qui scientiarum Philosophicarum & politioris  
doctrinae orbem ita volvant, ut auditores suos non  
ad rivulos aut lacunas, sed ad sapientiae fontes vber-  
rimos transvehere gestiant. Poteramus non  
minus verè quàm liberè commendare exercitatio-  
nes disputationum ac declamationum tam publicas  
quàm priuatas, quae hoc in loco vigent: sed pro no-  
bis

bis loquentur alij, qui egregijs literis apud nos in  
famulatum quasi addicti studiorum pensum à se  
identidem exigi attestabuntur. Quod ergo re-  
liquum est; à Deo ter Opt: Max: felicem laboris  
nostri successum, ab illustrissimo Electore & alijs  
Academiae Mecænaribus amplissimis benignita-  
tem, à Studiosis literarum favorem, piè, submissè,  
amicè petimus; Deo cultum, promotoribus  
observantiam, fautoribus benevolen-  
tiam mutuam præstituri.

V.



A 3

THE O

PARIS

## THEOLOGI.

**CHRISTOPHORVS PELARGVS**

D. Superattendens generalis totius *Marchia*, peracto  
Visitationis *Ecclesiastica* negotio perget in explicatione  
**LEVITICI**, & in historia S. Patrum tam *Græcorum*  
quàm *Latinorum*. Ubi verò hanc priuatim contexere  
licebit, præcipuorum Locorum repetitionem *Κὴν ἀνακινῶ τῶν*  
*ἀγρίων* alternis ingredietur, horis consuetis. Disputationis  
quoque sacrarum exercitia libens renocabit.

**ANDREAS WENCELIUS D. &**

Pastor *Invectinam Antonij Posseuini Iesuitæ in Augu-*  
*stanam* confessionem pertextet: & breuem *Euange-*  
*liorum Dispositionem* monstrabit, hora 9.

**D. IACOBVS EBERTVS, QUI**

anno superiore *Esaiam Prophetam* explicauit, nunc *Iere-*  
*miam* explicat.

**D. BARTHOLOMÆVS RADT-**

**MAN** protempore *Decarus* epistolam *D. Pauli ad*  
*Galatas* quam hætenus suis auditoribus proposuit, con-  
tinuabit, & quam fieri poterit breuissimis absoluet.

IVRIS



**IURIS CONSULTI,**

**D. SEBASTIANVS GERSTMAN.**

Ordinarius docebit deinceps, de remedijs competentibus  
contra sententias iniustas, perperam vel nulliter latas, et  
tandem de executione rei iudicatae.

**MATHÆVS CVNO D. IURI**

dicae facultatis pro tempore Decanus continuat hora  
octava interpretationem primi libri Codicis Etiam ver-  
satur in tit. de LL. atque hac in docendo via utitur: ut in  
exordio cuiuslibet tituli paratitla pramittat: Et ad quam  
partem methodi, singulae leges, earumque decisiones refe-  
rendae sint, ostendat: postea rationes dubitandi Et deci-  
dendi ad plerosque, textus inuestiget: ac denique, praecipuas  
observationes siue notabilia ex textibus colligat atque  
explicit.

**D. MARTINVS BENEKENDORFF,**

perget hora octava in explicatione tituli in Pandectis  
De Privilegijs creditorum: ubi, quae ex qualibet lege no-  
tanda sunt, examinalit, adductis aliquibus declarationi-  
bus accommodando specialia ad generalia, Et procedens  
do à causis ad effectus, atque ab antecedentibus ad con-  
sequentia, additis Et quibusdam illorum limitationibus  
Id faciet breuissimis quoad fieri possit Et quantum nar-  
tura rei patietur.

Doctor

D. *MAXIMILIANUS STRAS-*  
*sus* Professor Pandectarum, Versatur in explicatione  
Digesti veteris, & hoc tempore interpretatur titulum ff.  
de transact. hora I. pomeridiana.

D. *ANDREAS SARTORIUS,*  
Inst: Imp: Prof: nunc tit: de praescript: hora 7. mat: tra-  
ctat, in cuius & reliquorum omnium explicatione me-  
thodum quidem simplicem servat, sed tamen conclusio-  
nes cum suis ampl: & Limitat: ad praxin & forum ac-  
commodatas tradit, non solum secundum ius civile, et Ca-  
nonicum, sed & Saxonicum, & observationes Camerae  
Imper: ac constitut: Marchicas Silesiacas & vicina-  
rum provinciarum. In primi vero libri insigniores  
titulos practicas observat: & questio: cum rationibus  
dubitandi & decidendi auditoribus communicat: de-  
positoq; officio Prorektoratus fideliter lectiones cotinuabit.

## MEDICI,

D. *SEBASTIANUS MOLLERUS*  
versatur in declaratione Aphorismorum prognostico-  
rum Hippocratis: quibus ad finem perductis subiun-  
get explicationem libri Prognosticorum Hippocratis, vel  
in gratiam tyronum Medicinae suscipiet declarationem  
libri Hippocratis de natura humana seu hominis.

D. *GEOR*

**D. GEORGIUS SEILERS** publicè  
artem medicinalem Galeni explicabit, adiuncturus pro  
temporis ratione quæ & ad plantarum & ad partium  
humani corporis cognitionem conducent: priuatim vero  
Institutionum medicinalium à Leonbarto Fuchſio con-  
scriptarum declarationem succinetam adiunget.

**D. CHRISTOPHORVS STIM-  
MELIVS**, versatur in explicatione primæ partis  
materiæ medicinalis, quæ est de Mineralibus:  
Qua absoluta, adiunget eam quæ est de simplicibus.

## PHILOSOPHI,

**BALTHASAR CAMINÆVS I. V. D.**  
publicè in explicatione lib. 2. Odarum Horatij progre-  
dietur: priuatim vero studiosis iuris materiam Iura-  
mentorum explicabit.

**MATHÆVS ZERSIVS**, D. prælegere  
capit physicam Aristotelis in compendium redactam,  
hora. 8. matutina.

**M. IOHANNES SCHOSSERS**  
Hennacer. sis professor Rhetorices, aureolum Ciceronis de  
A V PARS

**PARTITIONE ORATORIA** libellum, rationis dicendi studiosis proponet & explanabit, ac praeceptorum, quae in eo continentur, usum, eiusdem auctoris orationibus aliquod demonstrabit. Hora II.

**M. DAVID ORIGANVS** Mathematicum Professor superior Cosmographica & Geographica praecepta, sine quorum cognitione nemo cum fructu historias legere & intelligere potest, proponet. Privatim verò Astronomiae utramque partem, tam eam quae de primo motu, quam quae de secundis praecipit, enarrabit.

**M. CHRISTOPHORVS NEANDER** Philosophiae moralis Professor publicè proponit Ethicam Aristotelis Nicomacheam quā potest fide & industria: & jam in ultimā quinti libri parte versatur. Qui ubi explicationis horum librorum telam pertexuerit: economicorum & politicorum eiusdem auctoris succinctam subjunget analysin. Privatim ad disputationes ethicas sese accingit: quas in gratiam studiosae iuventutis, Deo favente, propediem instituet.

**M. PANCRATIUS CRUGERIUS** Finsterwaldensis, Graecae linguae Professor publicus, pertexit explicationem libri primi Odysseae Homericæ, & orationis Isocrateae ad Nicoclem: tum verborum ac phrasium

sum vim declarans, tum artificium Logicum imitationis gratia utrobique ostendens, hora. VIII. Idem privatim Logicas quasdam observationes tradit.

**M. CALEB TRYGOPHORVS**  
Professor Logices versatur in explicatione Dialectices  
Dn: Philippi: quam ubi absoluerit, compendiosè proponet Organon Aristotelis, hora VI.

Hebræa  
lingua Professor, Grammaticam Hebræam M. Valentini Schindleri explicabit, usumque preceptorum in subiectis ibidem capitibus Geneseos monstrabit & postea Psalmorum Davidicorum enarrationem subiunget.

**M. IACOBVS BERGEMAN**  
Cum librum Quartum Sphæræ Thomæ Blebelij, ad finem deduxerit: Præcepta Utriusq; Arithmetices, cum Vulgaris tum Astronomicæ, subjungere decrevit,  
HORA XII.

**M. IOANNES CNOBLOCHIVS**  
lingua latina Professor in explicatione libri VI. Epistolarum Marci Tullij, ad familiares scriptarum, hoc semestri, Deo dante versabitur: Quâ ad finem perducta vel Terentij, vel Plauti aliquam fabulam subjunget.  
Hora, XII.



funt vincturam, sunt vincturam  
in gratia vincturam vincturam, sunt vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam

**DR. VALER PRYGOPOHORVS**  
Profesor Regius in capite D. D.  
D. Philipp: quam ebi vincturam, vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam

Hic vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam

**DR. JACOBVS BILDENMAN**  
vincturam vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam


**DR. IOHANNES CHORBOCHIVS**  
vincturam vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam  
vincturam vincturam vincturam vincturam

Blank rectangular stamp or seal


1151



innumeris gratiis et benedictionibus ha  
bita. hec **X** munera hec sa **X**  
crificia illibata. **II** n primus que tibi  
mus pro ecclesia tua sancta catholica  
pacifice custodie. adiuuare. et regere  
ris toto orbe terrarum. una cum familia tua  
noa. Rege. nro **S**antissimo **S** et omni  
orthodoxis catholice et apostolice fidei  
toribus. **M**emento dñe famulorum famu  
rum tuorum. **S** et omnium circumstantium quorum  
fides cognita est. et nota deuotio pio que  
tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc  
sacrum laudis pro se suis que omnibus pro re  
uione animarum suarum. pio spe salutis. et  
incoluntatis sue tibi reddunt vota sua  
eterno deo uiuo et uero **O**mnium







82



# Catalogus

ELECTIONVM  
LICARVM IN A  
DEMIA MARCHICA  
VÆ EST FRANCO-  
FVRTIAD ODE-  
RAM.

*publicè propositus Anno  
instaurat & salutis  
clb l3 c.*



*lebat Fridericus Hartman. Biblio.  
& Bibliopegus in Academia Septem-  
viri Fracosfurtana ad Viadrum.*

